

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5083

Auteur(s) : Alexandre III [pape]

Bénéficiaire(s) : Hamme, Moutons, Notre-Dame (prieure)

Bénéficiaire(s) : Saint-Clément-Rancoudray, Notre-Dame de Moutons (prieuré)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1163, 3 juin

Lieu d'émission : Tours

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits du prieuré Notre-Dame de Moutons.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Desroches Jean-Jacques, *Annales civiles, militaires et généalogiques du pays d'Avranches ou de la toute Basse-Normandie*, Caen, A. Hardel, 1856, p.197-198.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 118, p. 211-213.

Texte établi d'après b

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS IN CHRISTO FILIABVS HAMME PRIORISSE SANCTE MARIE DE MO[ST]VN EIVSQVE SORORIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Quotiens illud a etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut [or]do monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti re[g]ulam in eadem ecclesia noscitur institutus, futuris temp[or]ibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : ecclesiam sancte Marie de Most[u]n in Landa Putrida, quam He[nri]cus i[ll]lus tris A[ng]lorum rex uobis et per uos ecclesie uestre rationabiliter concessit, libertates etiam et rationabiles consuetud[in]es ab eodem rege uobis concessas auctoritate apos[t]olica confirmamus, [ex] dono [Hardi]uisæ de Beg[a]uilla et Ra[n]nulf de Boceleio du[as] garbas de feudo suo de Blio, ex dono [Iuli]ane [femine Angeri] et h[er]edum suorum v[a]doium, quod apud Abrincas habebat in domo Rogerii Pilete, et dimidium uineam Reginaldi de sancto Saturnino et terram quandam, que iuxta uineam sita est, ex dono Roberti Auenel medietariam unam ad Montem Benedictum Gaufrido de [No]rwiz et heredibus suis concedentibus, ex dono Alani de Falesia totam terram suam apud Tornai et duas partes decime eiusdem terre, ex dono Willelmi Patricei et consensu heredum decimam unius molendini apud Boscum Daniel et apud [G]uelei decimam domini sui, ex dono Roberti filii Elborci ap[u]d Bulche unam mansuram et vnum pratium et totam terram, que est in[ter] c]heminum et aquam, ex dono Acarie de Burceio in eadem u[illa] d]uas acras terre et vnum quartarium frumenti in molendino suo, ex dono Rogerii Risdeuelle duas acras terre in [ea]dem [uilla], ex dono Rogerii de Meitiz nouem qua[r]tarios de frum[ento] in molen]dino suo de Ponte Vnlene et dimidium miliarium [an]guillarum, ex dono Roberti de Peretoth

tres quartarios frumenti in molendino eiusdem uille et terram Heec, ex dono Radulfi de Mag[nau]illa [decim]mam partem tertie decime de Popeuilla fratre suo concedente, qui in ecclesia eiusdem uille canonicè ministrat, et decimam molendini de P[ope]uilla et molendinorum suorum de Vritotte, ex dono [Radu]lfi de Piro sex quartarios frumenti, in eadem villa ex dono Reg[inaldi] d[e] C[a]stello Gonteri vnam carrucatam terre, capellam de Laroea canonicè uobis concessam, ex dono Radulfi abbati[s] Exacqui et totius eiusdem ecclesie conuentus ca[pe]llam sancti Michaelis in foresta de Luteara, ex dono Rirccardi de H[ai]a terram, que sita est iuxta predictam capellam i[n] foresta sua de Lutehara, que excoli potest, et decem quartarios frumenti apud Ch[e]teuillam in molendino suo et quatuor quartarios frumenti apud Warengabec, ex dono Radulfi de Haia decem quartarios frumenti in molendino de Plasen, ex dono Will[el]mi de O[i]reual dimidiam [decimam pan]um [su]orum et medietatem decime totius procurationis sue et decem acras terre et decimam molendinorum suorum de Heugauilla heredibus suis concedentibus. Sane noualium etc. Obeunte uero etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Alexander catholice [ecclesie] episcopus ss. BV.

† Ego Hvbaldus Hostiensis episcopus ss.

† Ego Gualterivs Albanensis episcopus ss.

† Ego Hvbaldus presb. card. tit. sancte C[r]ucis in Ierusalem ss.

† Ego Albertus presb. card. tit. sancti Lau[re]ntii in L[ucina] ss.

† Ego Gvillelmus presb. [card.] sancti Petri ad ui[n]cula] ss.

† Ego Iacintus diac. [card. sancte Ma]rie [in Co]smydyn ss.

† Ego Oddo dia[c. card.] sancti Nich[ol]ai in carcere T[ulliano] ss.

† Ego Manfredus diac. card. sancti Georg[ii] ad uelum aureum [ss.]

Dat. Turon. per [manum] H[ermanni sancte R]om[ane ecclesie] subdiaconi et notarii III non. iunii, indictione XI, incarnationis dominice anno M°.C°.LX°.III°, p[onti]fici[cat]us [uero domni] ALEXANDRI pape III [anno quarto].